

quam in libris simplicium committere
videtur Galenus, cum ea quoque, quæ
in diuersas eiusmodi substantias conci-
duntur, non nisi ad sensum similaria,
naturâ verò dissimilaria cognominet:
istæc potius dissimilares distinctio heic
locum habuerit, vt quædam sola ratio-
nis ope talia esse deprehendantur: quæ-
dam etiam sensus iudicio. Nam quod
per partes Gal. & Aristoteles, solidas tâ-
tum substantias intelligat, haudquaquam
euincit: quando non solùm continēs,
sed & contenta & impetum faciētia to-
tum complent & integrant, quæ partis
corporis genuina est apud Galenū dif-
finitio. Ut ergo tandem receptui cana-
mus in similaris & dissimilares corpo-
ris definitionibus eæ partes intelligen-
dæ veniunt, quæ vel sola ratione, vel sen-
sus in super accedente iudicio similes vel
dissimiles esse comprehenduntur. Un-
de consequitur medicamenta simpli-
cia, à Gal. dissimilaria vocata, dissimila-
rium corporum finitionē per facilē ad-
mittere: siquæ non sensus, rationis fal-
tem & artis *επιτηρίων* ex diuersis, imò cō-
trarijs & facultatibus & instrumentis
compacta esse.

Co-

1. Meth.
cap. 5.